

6 EPIST. DEDICAT.

Supplicium non obscuris argumentis habeam testatam; equidem ita volui & debui, meæ in te constantis observantiae hoc velut chirographum in publicum scribere, quod nullo alio potius, quam devotæ precatationis sigillo obsignaturus, DEVM Optimum Maximum ardentè inuoco, ut piis tuis in Collegio hoc curis ac laboribus atque iis etiam honoribus, quos tibi nuper antiqua & Illustris Academia augusto & luculentissimo testimonio summos in sacrosancta Theologia tribuit, ad diuini nominis sui gloriam & Ecclesiae emolumentum cumulatissimè benedicat, teque adeo & totum hoc Collegium omnibus benedictionis istius suæ gratiis magis ac magis auctum, clementer seruet ac tueatur. Vale. Dabam è Museo meo in Illustr. Collegio Sapientiae, Anno vltimæ ætatis, MDC. Cal. Julii.

INDEX